



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Encomivm Almæ Hospitalitatis Dedicatvm, S. P. Q. C.**

**[Köln], 1570**

**VD16 E 1170**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31500**

CLARISSIMO. GRAVIS-  
SIMO ATQVE HUMANISSIMO  
VIRO D. DOMINO CONSTANTINO  
à Lyßkirchen huius Almæ ciuitatis Colo-  
niensis consuli primario.



L A R I S S I M E , Grauissime , Doctissi-  
me, atque Humanissime Vir, Recepti ab  
hac inclyta Agrippinarum Colonia Ho-  
spitalitatis beneficij nō immemor A. A.  
hanc suam opellam qualem cunque tan-  
dem, Sacrosaneto huic Senatui populoque Co. obnixe  
offerre decreuit Argumenū sane ab effectu argumen-  
tando eidem Senatui populoque (vt laudatissimum) sic  
commendatissimum . Supplicat igitur dedicans, vt tuo  
fultum fauore prodeat, Senatumque salutet. Latebras  
enim quærere, hoc qualem cunque tandem Encomiolon,  
præsens rerum calamitas non patitur. Albo siquidem  
calculo notandos putauimus, quibus hæc virtus, maxi-  
mè cordi esse re ipsa demonstratur. Quod hæc H. V. di-  
recta est tribus factum est de causis . Prior edita, Secun-  
da, Consulatus primarij dignitas. Tertia, quod præter  
genus clarū doctissimus cum sis, musis omniq[ue] rei lite-  
rariæ libenter fauere, illas firmare & protegere soles.  
Et quod in humanitate, ( quam equidem expertus ma-

A 2. iore

iore cum fide assero; parem non inuenias. His bene  
Vale Co. decus. Negotiolū hoc vt æqui boni q; consulas,  
Audacię condones, & me ia Clientum tuorum numero  
retineas precor & obtestor. Ex libera Agrippinarum  
Colonia, Anno à CHRISTO nato. M. D. LXX.  
**IX. Iulij.**

V. H. obsequentissimus

**A. A. valetudinis ergo  
Coloniæ peregrinans.**